

Psalmi.

Ad Dominum.	[177]	Inclina Domine.	ij.
Ad te levavi.	xxv.	In convertendo.	[164]
Ebeati omnes.	[174]	In exitu Israel.	[153]
Beatus vir.	[152]	In te Domine.	[158]
Benedixisti, Dñe.	ij.	Judica me Deus.	239
Confitebor.. in con-		Lætatus sum.	[163]
silio.	[152]	Lauda anima mea.	[179]
Confitebor ... quo-		Lauda Jerusalem.	[163]
niam.	[178]	Laudate Dominum	
Credidi.	ij.	in Sanctis ejus.	xvii.
Cum invocarem.	[158]	Laudate Dominum	
De profundis.	ij.	omnes Gentes.	[168]
Deus in adjuto-		Laudate pueri.	[153]
rium.	[151]	Lavabo.	245
Dilexi quoniam.	[177]	Levavi oculos.	[178]
Dixit Dominus.	[151]	Memento Domine.	[169]
Domine probasti.	[165]	Nisi Dominus.	[163]
Ecce nunc benedi-		Quam dilecta.	j.
cite.	[159]	Qui habitat.	[158]

Laudes Vespertinae seu Venerabilis
Sacramenti.

Adoremus.	[182]	Pange lingua.	[174]
Adoro te.	xix.	Panis Angelicus.	[181]
Ave verum.	[180]	Sacris solemnii.	[181]
Lauda Sion.	312	Tantum ergo.	[175]
O sacrum.	[181]	Verbum supernum.	[181]
O salutaris hostia.	[180]		

Preces in honorem B. M. V.

Alma Redemptoris.	[161]	Salve Regina.	[162]
Ave maris stella.	[164]	Stabat Mater.	414
Ave Regina.	[161]	Sub tuum praesi-	
Inviolata.	[182]	dium.	[183]
Regina cœli.	[162]	Tota pulchra es.	[183]

Typis Societatis S. Joannis Evangel. -- Tornaci.

Additiones et Variationes

IN RUBRICIS GENERALIBUS ET SPECIALIBUS
MISSALIS ROMANI INDUCENDÆ EX DE-
CRETO DIEI II DECEMBRIS 1897.

In Kalendario.

Die V. Julii. S. Antonii Mariae Zaccaria Conf.
duplex. Cominem. Octave SS. Apostolorum.
Die VII. Julii. SS. Cyrilli et Methodii Pontificum
et Confessorum, *duplex*.
Die XXIX. Decembris. S. Thomæ Cantuariensis
Episc. et Mart. *duplex*.

In Rubricis Generalibus.

PARS I.

III. DE FERIA ET
VIGILIA.

N. 1. Missa de Feria
dicitur... *usque ad verba*
alia de Feria post Nonam.
Missa autem Fe-
riarum majorum o-
currentium celebrari
possunt etiam in Festis
semiduplicibus.

V. DE MISSIS DEFUN-

CTORUM.

N. 2. Praeterea Feria
secunda... Post verba
præterquam in Festis
duplicibus, et Dominicis diebus,
adde: *Missa*
private pro Defunctis
ut in die obitus seu de-
positionis etiam in Du-
plicibus celebrari pos-
Nº 5.

sunt præsente, insc-
putto, vel etiam sepul-
non ultra biduum ca-
daevore; exceptis Dupli-
cibus prime classis,
diebus Duplicita prima
classis excludentibus, et
Festis de precepto.

N. 3. innovatus. *Una*
tantum Oratio dicenda
est in Missis omnibus,
que celebrantur in die
Commemorationis om-
nium Fidelium Defun-
ctorum, die et pro die
Obitus seu Depositi-
onis, atque etiam in
Missis cantatis vel le-
ctis, permittente ritu,
diebus Tertio, Septimo,
Trigesimo et die Anni-
versario alicujus De-
functorum neconon quando-
cumque pro Defunctis

Missa solemniter celebratur, nempe sub ritu qui dupliciti respondet, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in Anniversariis late sumptis.

N. 4. novus. In Missis quotidianis quibuscumque sive lectis, sive cum cantu plures sunt dicenda Orationes, quarum prima est pro Defuncto vel Defunctis certio designatis, pro quibus Sacrificum offeruntur, ex iis qua infra in Missali habentur, secunda ad libitum, ultima pro omnibus Defunctis. Si vero pro Defunctis in genere Missa celebretur, Orationes sunt dicenda, que pro Missis quotidianis in hoc Missali prostant, eodemque ordine, quo sunt inscripte. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures Orationes Celebranti placuerit recitare, ut de Feriis et Simplicibus dicetur infra in Rubrica de Orationibus, id fieri potest tantum in Missis lectis, impari cum aliis prescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus Defunctis postremo loco assignato.

N. 5. Sequentia pro Defunctis dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et Depositionis Defuncti, in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis, que diebus ut supra privilegiatis sunt: in reliquis autem Missis vel recitari vel omitti potest ad libitum Celebrantibus.

VI. DE TRANSLATIONE FESTORUM.

In dicendis Missis servetur ordo Breviarie de Translatione Festorum duplicitum, quando majori aliquo Festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesiis autem ubi Titulus est Ecclesiae, vel concursus populi ad celebrandum Festum quod transferri debet, possunt cantari duae Missae, una de die, alia de Festo: excepta Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesima, Dominica Passionis, Dominica Palmarum cum tota Hebdomada majori, Dominica Resurrectionis cum sequenti biduo, Dominica in Albis, Dominica Pentecostes cum duabus se-

quentibus Feriis, Dominica SSmae Trinitatis, die Nativitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis et Festo Corporis Christi.

VII. DE COMMEMORATIONIBUS.

N. 5. In faciendo Commemoratioibus servetur ordo ut in Breviario. Primo loco illa Commemorations praeponuntur que ad Officium cuiuscumque ritus pertinent; exceptis illis, que ab Officio de quo agitur, nunquam separantur. Deinde:

1. de Dominica privilegiata, 2. de die Octava,
3. de Duplice maiori,
4. de Duplice minori ad instar Simplicium redacto,
5. de Dominica communii,
6. de die infra Octavam Corporis Christi,
7. de Semiduplici,
8. de die infra Octavam communium ad simplicem ritum pariter redacto,
9. de Feria majori, vel Vigilia,
10. de Simplici: de Festo simplici fiat Commemoratio ante Orationes qua secundo, vel tertio loco diendae assignantur: et haec dicantur ante Orationes votivas; in quibus votivis servetur deinde digni-

tas Orationum, ut de SSma Trinitate, de Spiritu sancto, de SSma Sacramento, de S. Crucice ante votivam de B. Maria, et de Angelis, de S. Joanne Baptista et S. Joseph ante Apostolos, et similiiter in aliis.

PARS II.

I. DE PRÆPARATIONE SACERDOTIS CELEBRATORI.

In N. 4. deleantur verba, vel Abbas ut supra.

V. DE ORATIONE.

In N. 2. post verba semper caput inclinat, non tamen versus Crucem; addatur nisi in loco principali Altaris habeatur simulacrum vel imago B. M. V. aut Sancti, ad quam caput inclinatur.

VII. DE OFFERTORIO, ET ALIIS USQUE AD CANONEM.

N. 5. Imposita aqua in Calice et finita Oratione qua secundo, vel tertio loco diendae assignantur: et haec dicantur ante Orationes votivas; in quibus votivis servetur deinde digni-

et

statim jungens ante pectus etc.

VIII. DE CANONE MISSE USQUE AD CONSECRATIONEM.

N. 1. Finita Praefatione, ut supra, Sacerdos stans ante medium Altaris versus ad illud, extendit et aliquantulum elevat manus, oculisque elevatis ad Deum, etc.

XII. DE BENEDICTIO-
NE IN FINE MISSÆ,
ET EVANGELIO SAN-
CTI JOANNIS.

N. 7. In Missa solenni Celebrante eadem voce, et modo quo in Missis privatis, semel tantum benedic populo, nisi sit Episcopus, vel Abbas pontificaliter celebrans, ut infra: ei dicto Evangelio etc.



In Rubricis Specialibus.

IN FESTO SS. INNO-
CENTIUM.

IN FINE MISSÆ.

Rubrica. Si Festum S. Thomæ impediatur a Dominica, expungatur integra.

IN FESTO S. THOMÆ
EPISC. MART.

IN FINE MISSÆ.

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelista, et SS. Innocentium occurrerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica; sed die proximo post Festum S. Thomæ Mart. dicitur Missa de Dominica. Si autem Festum S. Thomæ occurrerit in Dominica, Missa dicitur de Festo cum Commemoratione ejusdem Domini et quatuor Octavarum, et legitur Evangelium Dominicæ in fine.

IN FINE MISSÆ DE
OCTAVA NATIVITA-
TIS DOMINI.

Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, cum Commemoratione Dominicæ et Octavarum,

et legitur Evangelium Dominicæ in fine.

POST FESTUM EPIPHA-
NIÆ DOMINI.

*Si Festa duplia pri-
mæ classis occurrant
infra Octavam, non tam
men in die Octava, de
eis dicitur Missa cum
Commemoratione Octa-
vae: de aliis vero Festis,
exceptis Simplicibus, de
quibus fit Commemora-
tio, nihil fit; sed pera-
cta Octava perpetuo
celebrantur. In die vero
Octava, Missa semper
de eadem dicitur, trans-
lato etiam Duplici pri-
mæ classis, quod post
eamdem Octavam per-
petuo recolitur; de Sim-
plici autem occurrente
fit tantum Commemo-
ratio.*

DIE 7. DECEMBR.
POST MISSAM S. AM-
BROSI EPISC., CONF.
ET ECCL. DOCT.

Addatur:

*Hodie in Ecclesiis
Cathedralibus et Colle-
giatis dicuntur due
Missa, una de Sancto
sine Commemoratione
Feria et Vigilia, altera
de Vigilia uti sequitur.*

6 In Rubricis Specialibus.

DIE 11. DECEMBR.
IN MISSA S. DAMASI I.
PAPE, CONF.

ET DIE 13. DEC.
IN MISSA S. LUCIAE
VIRG. ET MART.

Post Secretam addatur:
Præfatio de B. M. V.
Et te in Conceptione
Immaculata.

DIE 23. FEBRUAR.
POST MISSAM S. PETRI
DAMANI EPISCOPI,
CONF. ET ECCLESIE
DOCT.

Addatur:
Hodie extra Quadragesimam in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur due Missæ, una de Sancto sine Commemoratione Vigilia, altera de Vigilia cum secunda Oratione Concede., tertia Ecclesiæ, vel pro Papa.

DIE 19. MARTII.
IN MISSA S. JOSEPH,
CONFESSORIS, SPONSI
B. M. V.

Rubrica quæ habetur post Graduale: In Missis votivis post Tempus Paschale, etc. integræ expungatur.

Post MISSAM.

Si hoc Festum occurrit etc.

DIE 25. MARTII.
POST MISSAM ANNUNCIATIONIS B. M. V.

Si hoc Festum veniret Feria vj. in Parasceve vel Sabbato sancto, transferendum erit in Feriam II. post Dominicam in Albis tamquam in sedem propriam, integra cum solemnitate ac feriatione et sine Octave, servato tamen ritu Paschali.

Si vero occurrerit in Dominica Passionis, transferatur in Feriam II. immediate sequentem: quodsi incidat in Hebdomanam Majorem vel Paschalern, ad enuntiatam Feriam II. post Dominicam in Albis amandetur, ac nonnisi Festo primario ejusdem ritus occurrente valeat impediti, quo in casu in sequentem diem similiter non impeditam transferatur.

FERIA VI. POST
DOM. PASSIONIS.
POST MISSAM SEPTEM
DOLORUM B. M. V.

Quando Festum Septem Dolorum B. M. V. hac Feria celebrari negavit ob occursum aliquius Festi altioris ritus, aut aequalis sed prima-

In Rubricis Specialibus.

7

rii, vel potioris dignitatis, transferendum est in Sabbathum immediate sequens, similiter modo non impeditum. Quod si negra in dicto Sabbatho celebrari potuerit, eo anno omittatur.

DOMIN. I. JULII.

POST MISSAM PRETIOSISSIMI SANGUINIS
D. N. J. C.

Si hodie occurrat Festum Visitationis Beati Mariae Virg., vel aliud Festum altioris ritus, aut aequalis sed primarium, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die, etc.

DOMIN. III. SEPT.

POST MISSAM SEPTEM
DOLORUM B. M. V.

Impedita Domin. III. Septembria ab occurrence Festis Duplicis j. vel ij. classis, vel alius dies Octava, vel Duplicis majoris primariae, aut potioris dignitatis. Festum Septem Dolorum transferatur in proximorem Dominicam similiter non impeditam. Quod si usque ad Adventum nulla superstite Dominica libera, Festum Septem Dolorum ponatur, iuxta Rubricas, in prima die non impedita post Dominicam III. Septembbris.

DOMIN. 8. SEPTEMBR.

IN MISSA NATIVITATIS
B. M. V.

In Rubrica et Orationibus Festi S. Hadriani Mart. pro Adriani, Adriano corrigere Hadriani, Hadriano.

DOMIN. 9. SEPTEMBR.

IN MISSA S. GORGONII
MART.

Post Orationem Sanctus tuus etc.

Tertia Oratio de Spiritu sancto. Deinde expungantur quæ sequuntur.

DIE 11. SEPTEMBR.
POST ORATIONEM
SS. PROTI ET HYACINTHI MM.

Tertia Oratio de Spiritu sancto. Reliqua expungantur ut supra.

DOMIN. III. SEPT.

POST MISSAM SEPTEM
DOLORUM B. M. V.

Si Festum SS. Cornelii et Cypriani occurrat in Feria IV. Quatuor Temporum, in Missa SS. Cornelii et Cypriani fit Commemoratio de Feria, postea de SS. Euphemia etc. Et in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duæ

8 In Rubricis Specialibus.

Missæ, una de SS. Cornelio et Cypriano, in qua fit Commemor. SS. Eu-
phemie etc., altera de
dicta Feria sine Comm.
SS. *Martyrum*.

IN MISSA DE COMMUNI
DOCTORUM.

Postcommunio.
Pro Doctore Pontifice.

Ut nobis, Dómine,
tua sacrificia dent salú-
tem : beátus N. *Pón-*
tifex tuus et Doctor
egregius, *quæsumus*,
precátor accédat. Per
Dóminum.

Pro Doctore non
Pontifice.

Ut nobis, Dómine,
tua sacrificia dent salú-
tem : beátus N. Con-
fessor tuus et Doctor
egregius, *quæsumus*,
precátor accédat. Per
Dóminum.

POST RUBRICAM DE
OCTAVA DEDICATIO-
NIS ECCLESIE.

In ipsa die Dedi-
cationis Ecclesiae et per
O'Flavam, et quando
varianda est Oratio ob
occursum *Dedicationis*
alterius Ecclesie, Mis-
sa dicitur ut supra in
Anniversario *Dedicatio-*
nis, exceptis *Orationib-*
us, quæ dicuntur ut
sequitur.

DIE 15. MAII.
IN MISSA S. ISIDORI
AGRICOLÆ CONF.

Postcommunio.
Sit nobis, Dómine, re-
paratio mentis et corpo-
ris ecclésie misterium :
et praesta ; ut *cujus ex-*
séguimur cultum, intercedénte sancto Isidóro Confessore tuo, sentiámus effectum. Pe-
r Dóminum.



Typis Societatis S. Joannis Evangel. — Tornaci.



Missæ Propriae

—*— Sanctorum —*—

qui in Hispania

—*— celebrantur. —*—



Tornaci Nerviorum

Sumptibus et Typis Soc. S. Joannis Evang.

DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONG. TYP.

—*— 1898. —*—